

ALF

Academia Latinitati Fovendae

N. De Mico, F. Deraedt, C. Laes, A. Miraglia, Th. Sacré (cur.)

Roma Latina, Roma æterna

Acta conventus Academiae Latinitati Fovendae (Romae, 12-15.VI.2022)

Marneffe, Melissa, 2023

Mense Iunio a. 2022 Academia Latinitati Fovendae conventum celebravit, quo oratores e diversis gentibus venientes uno sermone eoque Latino Romae de urbe Roma acroases habuerunt. Orationibus collectis, acta conventus lectoribus mensam opiparam symbolarum ad res Romanas et Latinas spectantium obtulerunt. Aliae enim de litteris antiquis, mediaevalibus, vel recentioribus et recentissimis, aliae de descriptionibus Urbis eiusque topographia, aliae de aedibus et villis poetice descriptis, aliae de titulis, aliae de historia Urbis, aliae de notione Romae eiusque fortuna disseruerunt. Ut rerum, ita temporum quae respiciuntur est varietas insignis, quod modo auctores ab Urbe condita incipere statuerunt, modo ab antiquitate superiore vel Medio aevo initium fecerunt, modo ad hanc, qua vivimus, aetatem descendere voluerunt. Quisquis res Romanas vel Latinam linguam discit, excolit, fovet, par voluminum libentissimo leget animo.

Theodericus SACRÉ, *Oratiuncula inauguralis*; Tuomo PEKKANEN, *Testimonia de urbe Roma selecta poetarum Latinorum*; Ioachimus PASCUAL BAREA, *Cur Galenus in capitis vulneribus medendis Romanum morem secutus optima medicamenta non adhiberet*; Victorius CIARROCCHI, *De nonnullis inscriptionibus Latinis, quae cum Urbis historia forsani iungi possint*; Maria Gratia IODICE, *De insula Tiberina nominata in urbe Roma posita*; Remus REGTUIT, «*Frisii ante portas*»; Curtius SMOLAK, «*Iam vacua ardet Roma*» sive *De urbe Roma inter desperationem et consolationem interposita*; Iacobus DALLA PIETÀ, *Pauca de Aegypto et Roma*; Nicolaus DE MICO, *Urbem, quae omnium caput est (Passio Quirini martyris Tegernseensis 6)*; Demetrius DRAGNEV, *Sitne Roma caput mundi an in peripheria mundi? Accedat prospectus e Bulgaria*; Miranus SAJOVIC, *De vita deque virtutibus Marcellae, viduae Romanae, quas Hieronymus Stridonensis in epistulis suis commemorat*; Marcus CRISTINI, «*Antiquitas decentius innovata*». *De urbe Roma sub ditione Gothorum*; Paula MARONGIU, *Magistri Gregori Narratio de mirabilibus urbis Romae: quo animo auctor urbis Romae maiestatem descripserit*; Terentius TUNBERG, *Cur Marco Antonio Mureto, oratori et Gallo et Romano, quandam eloquentiae palmam deferre debeamus*; Milena MINKOVA, *De Ioanne Petro Maffeo scriptore Romano*; Daniel ÁLVAREZ GÓMEZ, *De Philelpho, «homine profecto maioris aestimationis quam doctrinae»*; Accius WATANABE, *Mille viae ducunt Romam: Certamina nationum atque ordinum circa Iaponiam saeculis XVI et XVII*.

Christianus LAES, *Drusus III sive de iuventute miserrima. Carmen Nelli Martinelli (1951)*; Robertus SPATARO, *Utrum Constitutio Apostolica, cui index 'Veterum Sapientia', sit apta temporibus nostris quoque ad Latinitatem fovendam*; Carolus LYVENS, *Alma vox urbis Romae Latina, sive quid Roma Latinitati redivivae ineunte et mediante saeculo xx profuerit*; Iacobus 'Flaminius' RUBINI, «*Opaca Fronde*» sive *de Musa Iaponica Urbem peragrante: hoc est de haicibus Latine pangendis*; Iosephus Aloisius LIMA DE MENDONÇA JÚNIOR, *De urbis Romae itinerariis iuxta Carolum Egger et Cletum Pavanetto viros praclaros*; Theodericus SACRÉ, *De Petronii vidua Ephesia in scenam revocata*; Stephanus WEISE, *De Goethio 'Elegiarum Romanarum' scriptore earumque versionibus Latinis saeculi XIX*; Ioannes Carolus ROSSI, *Qualis nobis pueris fuerit Urbs, quales civitatis consuetudines, qualis sermo cotidianus*; Gaius LICOPPE, *Roma num sit vicesimo primo saeculo peritura*; Ignatius ARMELLA, «*Duas res publicas animo complectamur*» sive *De veris Latinitatis confiniis eiusque per saecula perpetuitate*; *Disputatio a Iacobo Hankins in falsos humanitatis studiosos cum Francisco Petrarca in somnis habita interprete Ignatio ARMELLA Vivariensi*; Michael VON ALBRECHT, *Ad Romam*; Curtius SMOLAK, *In fine conventus anno MMXXII Romae Tusculique celebrati*.

Pretium amborum librorum est 70 €, quae summa mitti potest ad hunc computum:

BANCA NUOVO CREDEM, Via Reno 50, 00198 Roma

IBAN: IT05 0030 3203 2100 1000 0003679 (in quo, quinto loco, legatur littera O, non numerus 0)

BIC: BACRIT21302

Soluta pecunia, emptores rogantur, ut secretario ALF Nicolao De Mico (nicodemico4@gmail.com) inscriptionem cursualem domicilii scribant, ad quod volumina mittantur.